

Modus legendi in hoc libro.

Sunt qui sibi iam plurima comparare volumina statuerunt. a quibus profecto lectio sepius dictionum auerit ignorantia. fastiditque animus legentis. cum orationis vocabula minus intelligat. Itaque ne libri quandoque nobilissimi fastidio lectoris arca reconditi rodantur tineis. ac consumantur ceteris ligni termetibus. iste omnium utilissimus liber vocabulari. cui nomen est **Breviloquus** **Colonic** acri studio electus. et emendata mundaque littera impressus est. ut facile possit quisque omnium auctorum lector illuc tanquam ad apollinem delphicum. id est ad quoddam interpretis oraculum recurrere. ubi et vocabula tam theologie universae. quam iuris utriusque. ceterarumque facultatum non sine lucidis expositionibus reperiat. Nec eius in orthographia observantiam tradiderim silentio. Habet enim tot in se orthographie. id est recte scribendi rationis conatus atque studia. ut nesciam si possit ipsius diligentia saltem aliqua pecunia pariter equiparari. Compriet studiosus lector iamdudum latentem diphthongoz artem. que debeat syllaba vel per ae. vel per oe. conscribi. quid per i. vel p. y. quid aspiratione vel sine ea. Denique quo sit accentus quodque vocabulum enuncianum. quod si cunctas velim etiam eruditiones utilissimas hic expromere. neque membrana sufficeret neque dies. Sane sciendum pro lectoris cuiusque in hunc librum introductione. quod sunt quedam vel nove posita vel abbreviata. In quibus autem dictionibus debeat diphthongi collocari. videbis infra. tum in arte **Suarini** **Uero** / **nensis** literatissimi viri. cum in exercitatione. hoc est in huius breviloqui vocabularii assidua lectione. Ibi enim in practica inuenies. quod grammatici in speculatione precipiunt. Item ubi **pe. cor.** aspereris. penultima correpta cito valere. **pe. pro.** penultima producta antepenultima. **me. cor.** media correpta. **me. pro.** media producta. Item ubi in **s. masculini** generis. secunde declinationis. vel **mas. ge. masculini** generis. **Itēz. f. p. fe** minini generis. prime declinationis. Item **neu. ge. neutri** generis. Item quando habetur. **p. i. datur** intelligi. quod nomen sit communis generis. tercie declinationis. **Itē. p. p. com.** / **munis** generis prime declinationis. **et.** In verbis quoque. **a. p. actiui** generis. prime coniugationis. **a. s. actiui** generis secunde coniugationis. **a. q. actiui** generis. quarte coniugationis. **d. g. deponentis** generis. prime coniugationis. et sic de alijs.

In presenti libro continentur.
Itē ars diphthongandi **Suarini** **Ueronensis**
Itē compendiosus dialogus de arte punctandi.
Item tractatus utilis de accentu.
Item Breviloquus vocabularius.